Can. 102, § 1. Si arbitri non sint in compromisso designati, vel si suffiendi sint, et partes aliive, quibus designatio demandata est, dissentiant de omnibus vel nonnullis arbitris seligendis, quaelibet pars potest id tribunal quod competens esset ad causam definiendam in primo gradu committere, nisi partes aliter convenerint. Tribunal auditis ceteris partibus, decreto provideat.

§ 2. Eadem norma servanda est si qua pars aliusve negligat arbitrum designare, dummodo tamen ipsa pars quae ad tribunal recurrit, viginti saltem ante dies, suos arbitros, si forte debuit, designaverit.

Can. 103, § 1. Ab arbitri munere prohibentur: 1.º Minores:

2.º Excommunicati, infames et exclusi ab actibus legitimis coram Ecclesia post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam;

3.º Laici in controversiis de quibus in canone 2, § 1, n. 1-2.

§ 2. Religiosi munus arbitri ne suscipiant sine licentia Superioris.

Can. 104. Arbitri nominatio vim non habet, nisi scripto munus acceptet.

Can. 105, § 1. Praeter obligationes compromisso statutas, arbitri iisdem tenentur obligationibus quibus iudices, nisi rei natura aliud ferat.

§ 2. Nisi sententia sit irrita propter gravem ipsorum culpam, arbitri jus habent: 1.º Ad expensarum restitutionem; qua de re possunt sibi cavere ad normam can. 436, § 2;

2.º Ad honoraria, dummodo ne scripto se obligaverit ad gratuitam operam praestandam.

§ 3. Partes obligatione in solidum tenentur expensas et honoraria solvendi, salvo jure regressus.

Can. 106, § 1. Arbitri recusari possunt propter suspicionem, servato praescripto can. 143, § 1.

§ 2. De recusatione autem videt tribunal de quo in can. 102, § 1; quod, auditis arbitris recusatis et partibus, decreto quaestionem dirimat, arbitris quos suspectos declaret, nisi in compromisso aliud cautum sit, alios sufficiens.

Can. 107, § 1. Nisi partes aliter statuerint, arbitri rationem procedendi libere eligunt; simplex autem ipsa sit, et breves termini, naturali aequitate servata, et legis processualis ratione habita.

§ 2. Arbitri quavis coercitiva carent potestate; necessitate exigente, adire debent tribunal competens ad causam cognoscendam ut de poenis infligendis decernat.

§ 3. Praescripta can. 140, 265, § 3; 277, § 3, ad arbitrorum quoque iudicium, quatenus fieri possit, applicanda sunt.

Can. 108, § 1. Quaestiones incidentes quae forte exoriantur in iudicio arbitrari ipsi arbitri decreto dirimant.

§ 2. Si autem quaestio praejudicialis oriatur de qua compromitti in arbitros ad normam can. 99 nequeat, arbitri debent suspendere processum, donec de illa quaestione partes a iudice obtinuerint arbitrisque significaverint sententiam quae transierit in rem iudicatam, vel, si questio sit de statu personarum, sententiam quae executioni mandari possit.

§ 3. Arbitri provisiones de quibus in can. 189-198 decernere non possunt; necessitate exigente, servetur praescriptum can. 107, § 2.

Can. 109, § 1. Nisi partes aliter statuerint, arbitri sententiam **proferre** debent intra sex menses a die quo omnes munus acceptaverint.

§ 2. Terminus prorogari potest a partibus; his autem dissentientibus, a tribunali de quo in can. 107, § 2, auditis partibus, dummodo prorogatio necessaria sit, nec tamen ultra tres menses.

§ 3. Decursus termini suspenditur si qui arbiter subrogandus sit, aut si casus eveniat de quo in can. 106, § 1; 108, § 2; 255, n. 1; 257; ipso jure autem pars termini quae superest ad viginti dies prorogatur, si sit minor.

§ 4. Si arbiter unicus, vel omnes subrogandi sint, terminus interrumpitur.

Can. 110. Arbitri sententiam ferre debent ad normam juris.

Can. 111, § 1. Arbitrorum sententia ad majorem suffragiorum numerum fertur.

§ 2. Conscribi autem debet ad normam can. 396-398, quatenus res patitur, et addita mentione compromissi qua arbitrorum potestas ininitur.

§ 3. Sententia a singulis arbitris subscribi debet; ad ejusmet autem validitatem requiritur et sufficit ut major eorum numerus eidem subscribat, dummodo rationum, ob quas ceteri non subscripserunt, expressa mentio in eadem sententia fiat.

Can. 112, § 1. Exaratae ab arbitris sententiae integer textus intra quindecim dies ad cancellariam tribunalis eparchiae ubi sententia data est deponi debet: et intra quinque alios dies a depositione, nisi certo constet sententiam nullitate insanabili affectam esse, vicarius judicialis, per se vel per alium, decretum confirmationis proferat, partibus statim notificandum.

§ 2. Si vicarius judicialis hoc decretum proferre recuset, vel si transactis decem diebus a deposita sententia decretum non ediderit, pars cujus interest recurrere potest ad tribunal appellationis, servatis praescriptis can. 231, §, 3, 232.

Can. 113. Data ab arbitris sententia, etiamsi eadem irrita declaretur, nec partes jure aliquo suo cadunt, nec terminorum lapsus habetur; sed sive illud sive hi suspenduntur, usque ad transactos decem dies ab illo, quo judicialis sententia, quae illam arbitrorum nullam declaravit, in rem judicatam transit.

Can. 114, § 1. Excepta sententiae correctione, de juris remediis contra sententiam videt judex qui competens est ad causam ab arbitris definitam in primo gradu judicandam.

§ 2. Judex qui hujus sententiae nullitatem declaret, vel qui adversus eam concedat restitutionem in integrum, vel qui eam appellatione proposita

reformandam ex toto vel ex parte censuerit, causam ipsam in primo gradu judicare debet.

Can. 115. Arbitrorum sententiae correctio, in casibus de quibus in can. 402, § 1, peti potest a iudice loci in quo sententia data est, qui praescripta §§ 2-3 ejusdem canonis servare debet.

Can. 116, § 1. Querela nullitatis sanabilis proponi potest, intra mensem a notificatione decreti de quo in can. 112: 1.º Si compromissum sit irritum, firmo praescripto can. 117, § 1, n. 2;

2.º Si violatae sint normae de quibus in can. 102-103;

3.º In casibus de quibus in can. 420, n. 2-4;

4.º Si arbitri suae potestatis fines excesserint, vel terminos ad sententiam proferendam vel cancellariae tribunalis tradendam non servaverint.

§ 2. Nequit autem proponi propter nullitates de quibus in n. 1 et 2 vel propter decursum termini ad sententiam proferendam, nisi a parte quae, ante sententiae pronuntiationem, nullitatem arbitris denunciaverit.

Can. 117, § 1. Querela nullitatis insanabilis proponi potest, servatis praescriptis can. 419 et 424, § 1: 1.º In casibus de quibus in can. 418, n. 2-3;

2.º Si violatum sit praescriptum can. 99.

§ 2. Terminus ad querelam nullitatis insanabilis proponendam decurrit a notificatione decreti de quo in can. 112.

Can. 118. Restitutio in integrum proponi potest, in casibus can. 432 statutis, intra terminum unius mensis, ad normam ejusdem canonis computandum.

Can. 119. Tertii oppositio admittitur secundum normas can. 425-428 statutas.

Can. 120. Appellatio a sententia arbitrari tunc tantum admittitur cum partes scripto inter se convenerunt sententiam huic remedio subjectum iri; quo in casu appellatio proponenda est intra decem dies a notificatione decreti de quo in can. 112, coram ipso iudice, qui decretum tulit; si autem alius sit iudex competens ad appellationem recipiendam, prosecutio coram eo intra mensem est facienda.

Can. 121, § 1. Arbitrorum sententia contra quam appellatio non admittitur, transit in rem iudicatam statim ac decretum de quo in can. 112 prolatum sit.

§ 2. Arbitrorum sententia, contra quam appellatio admittitur, transit in rem iudicatam ad normam can. 429, n. 2.

Can. 122, § 1. Arbitrorum sententiae executio fieri potest in iisdem casibus quibus admittitur executio sententiae judicialis.

§ 2. Executio pertinet ad Hierarcham loci in quo data est, nisi partes alium executorem designaverint.

CAN. 1.929 AD 1.932 = cfr. *can. 98 ad 122.*

TITULUS XIX.—DE JUDICIO CRIMINALI

CAN. 1.933, § 1 = *can. 1, § 3.* ...sunt delicta quae in foro interno legitime probari possunt.

CAN. 1.933, § 2 = *can. 512.*

CAN. 1.933, § 3 ET 4.

Caput I.—De accusatoria actione et denuntiatione

CAN. 1.934 = *can. 507.*

CAN. 1.935, § 1 = *can. 508, § 1, 1.º* ...alterius, cujusvis conditionis, denuntiare...

Can. 508, § 1, 2.º Jure, de quo in n. 1, fruitur religiosus quoque, etiam adversus Superiores.

CAN. 1.935, § 2 = *can. 508, § 2.* Obligatio denunciandi delicta urget... ad id aliquis adigitur sive lege vel peculiari legitimo praecepto, sive ex ipsa naturali...

CAN. 1.936 = *can. 509.* ...vel ore fieri... curiae vel protopresbyteris seu vicariis foraneis...

CAN. 1.937 = *can. 510.*

CAN. 1.938, § 1 = *can. 511, § 1.* ...diffamationis, ut promotor justitiae actionem criminalem instituere possit, requiritur...

CAN. 1.938, § 2 = *can. 511, § 2.* ...etiam si non praecesserit denuntiatio seu querela.

Caput II.—De inquisitione

CAN. 1.939, § 1 = *can. 513, § 1.* ...innotuerit, vel... vel... vel...

CAN. 1.939, § 2 = *can. 513, § 2.*

CAN. 1.940 = *can. 514.* Inquisitio, quamvis... possit, regulariter tamen committatur alicui...

CAN. 1.941, § 1 = *can. 515, § 1.* ...sed ad singulas causas.

CAN. 1.941, § 2 = *can. 515, § 2.* ...*can. 292-304.*

CAN. 1.941, § 3 = *can. 515, § 3.* ...nequit valide in eadem...

CAN. 1.942, § 1 ET 2 = *can. 516, § 1 et 2.*

CAN. 1.943 = *can. 517.*

CAN. 1.944, § 1 = *can. 518, § 1.*

CAN. 1.944, § 2 = *can. 518, § 2. ...can. 292-304.*

CAN. 1.945 = *can. 519.*

CAN. 1.946, § 1 = *can. 520, § 1.*

CAN. 1.946, § 2, 1.º = *can. 520, § 2, 1.º*

CAN. 1.946, § 2, 2.º = *can. 520, § 2, 2.º* Si indicia delicti habeantur...
normam § 3.

CAN. 1.946, § 2, 3.º = *can. 520, § 2, 3.º ...procedatur ad ulteriora.*

Caput III.—De correptione delinquentis

CAN 1.947 = *can. 521.*

CAN. 1.948, 1.º = *can. 522, 1.º ...excommunicatione Sedi Apostolicae, Patriarchae vel Archiepiscopo reservatae, aut poenam privationis... depositionis minoris seu depositionis simplicis, vel majoris seu degradationis;*

CAN. 1.948, 2.º ET 3.º = *can. 522, 2.º et 3.º*

CAN. 1949, § 1 = *can. 523, § 1.*

CAN. 1.949, § 2 = *can. 523, § 2. ...can. 528.*

CAN. 1.950 = *can. 524. ...can. 521-522...*

CAN. 1.951, § 1 = *can. 525, § 1. ...fuit actio damni ex delicto.*

CAN. 1.951, § 2 ET 3 = *can. 525, § 2 et 3.*

CAN. 1.952, § 1 ET 2 = *can. 526, § 1 et 2.*

CAN. 1.953 = *can. 527.*

Caput IV.—De instructione processus criminalis et de rei constitutione

CAN. 1.954 = *can. 528.*

Can. 529. Salvis praescriptis canonum hujus tertiae partis, in iudicio criminali servantur, nisi rei natura obstet, can. 226-452 de iudicio contentioso.

Art. I.—De causae introductione et litis contestatione (1)

CAN. 1.955 = *can. 530.* Causa criminalis introducitur per accusationis libellum a promotore iustitiae conficiendum secundum normas in can. 531 statutas.

Can. 531. Libellus a promotore iustitiae conficiendus indicare debet:

1.º Facta quibus constat delictum;

2.º Speciem delicti, allegatis canonibus qui eo pertinent;

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "Sollicitudinem Nostram".

- 3.° Probationes ex quibus constat de accusati parte in delicto;
- 4.° Facta quae constituunt circumstantias aggravantes vel minuentes delictum;
- 5.° Poenas in quas accusatus incurrerit juxta canones indicandos;
- 6.° Positiones facti seu articuli super quibus interrogandi sunt tum reus juxta interrogatoria libello adnectenda, tum testes juxta interrogatoria tempore opportuno exhibenda;
- 7.° Formulas propositas ad dubia, ut dicitur, concordanda.

Can. 535, § 1. Libello admissio, locus est rei citationi.

§ 2. Citatio conficienda et denuncianda est ad normam can. 237-245.

§ 3. Citatione legitime peracta, res desinit esse integra ad normam can. 247, et licet promotor justitiae ab accusatione recedat, tribunal ad ulteriora procedere et poenas imputato irrogare potest vel eundem in poenas incurrisse declarare.

Can. 536. Judex reum citans debet eum invitare ad eligendum advocatum inter definitum tempus; quo inutiliter elapso, idem judex ex officio advocatum reo constituat.

CAN. 1.956 = *can. 537.* ...censeat non sine fidelium... officio seu munere aliquo... sacram communionem publice... officiorum seu munerum exercitio, vel etiam a sacra communione publice sumenda prohibere.

CAN. 1.957 = *can. 538.* ...paroeciam, vel etiam...

CAN. 1.958 = *can. 539.*

CAN. 1.959.

Can. 540. Objectum seu materia judicii criminalis statuitur in ipsa litis contestatione qua judex pro tribunali sedens die in citatione assignato libellum promotoris justitiae accusato et partibus laesis, si quae sint, significat.

Can. 541. In sessione litis contestationis nisi concordari poterunt, quatenus judex id expedire censuerit, dubia circa ipsam quaestionem principalem.

Can. 542. Si reus in sessione litis contestationis crimen confiteatur, non ideo causa finitur. Potest tamen judex, pro suo prudenti arbitrio, liti finem imponere in casibus in quibus admittitur correptio.

Can. 543. Si die et hora contestandae liti praestituta reus non comparuerit nec justam absentiae excusationem allegaverit, contumax declaretur et procedatur ad ulteriora.

Art. II.—De ordine cognitionum (I)

Can. 544. Si reus exceptiones praejudiciales in sessione litis contestationis deduxerit, v. gr., extinctione actionis criminalis, de incompetencia iudicis, de re iudicata, de parte laesa excludenda, etc., locus est causae incidenti ad normam can. 361 et seqq. per tractandae et definiendae.

Can. 545, § 1. Lite contestata, causa incidens, si qua oriatur, proponi debet coram tribunali ad normam can. 361 et seqq.

§ 2. Causa incidens, nisi propter rei momentum aliud iudici videatur, una cum principali definienda est.

§ 3. Causa incidens, quae pendente instructoria proponitur, etsi pertractetur ante causam principalem, instructoriae evolutionem minime suspendit, nisi tribunal id expresse, gravissima ex ratione, decreverit. Causa autem incidens per memorialia, brevibus assignatis terminis, disceptetur; eam tribunal per decretum solvat, nisi decissio talis sit ut iudicio criminali finem imponat; quo in casu edatur sententia.

Can. 546, § 1. Contra tribunalis sententias vel decreta interlocutoria, etsi habeant vim sententiae definitivae, non datur separata appellatio; seu appellatio proponenda est una cum appellatione a sententia definitiva, nisi tribunal, attento quaestionis momento, separatam appellationem in ipso decreto vel sententia interlocutoria fieri posse admiserit.

§ 2. Tribunal, ante sententiam definitivam vel una cum sententia definitiva, sententias vel decreta quaelibet interlocutoria corrigere, emendare aut revocare, auditis partibus, potest.

Art. III.—De partibus privatis et de actione civili ex delicto orta (I)

Can. 547, § 1. Praeter reum citanda semper est pars cui ex delicto laesio juridica est allata, quaeque jus habet exercendi actionem civilem.

§ 2. Etsi citatio partis laesae fuerit omissa, vel ipsa, non obstante legitima citatione, non comparuerit, jus tamen habet interveniendi in iudicium sive primae instantiae sive appellationis, usque ad conclusionem in causa, servato praescripto can. 376, § 3.

§ 3. Interventus partis laesae admitti nequit si causa de actione civili ex delicto orta jam soluta sit per sententiam quae in rem iudicatam transierit.

§ 4. Proposita per legitimam citationem actione civili ex injuria vel diffamatione, jus denuntiationis vel querelae partis laesae perimitur.

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "*Sollicitudinem Nostram*".

§ 5. Firmo can. 511, § 2, a querela ex injuria vel diffamatione pars laesa resilire semper potest, accedente tamen imputati consensu. Quo in casu partes integram sibi reservare possunt actionem civilem damnorum.

Can. 548. Pendente vero judicio criminali, judicium contentiosum de actione ex delicto orta suspenditur, usque ad definitionem causae criminalis; integrum tamen est parti laesae actionem civilem in judicio criminali exercere juxta can. 547 et 551.

Can. 549. Sententia in judicio criminali edita, etsi de actione civili expresse non decreverit et absente parte laesa fuerit prolata, vim exerit ad ipsos civiles effectus quod attinet, sive quaeritur factum ipsum an exstiterit necne, sive quaeritur de rei imputabilitate.

Can. 550. Quod si existentia delicti ex quaestione quadam de statu personarum pendeat, criminale judicium, judicis sententia, suspendatur, usque ad definitionem quaestionis de statu in judicio contentioso pertractandae.

Can. 551. Actio civilis in judicio criminali exercetur a parte laesa per declarationem in actu litis contestationis factae vel per legitimum interventum ad normam can. 547, § 2.

Can. 552, § 1. Quaestio, si oriatur, de parte laesa admittenda, dirimatur ad normam can. 361 et seqq. 545.

§ 2. Contra decretum vel sententiam qua admittitur exercitium actionis civilis non datur appellatio nisi ad normam can. 546.

§ 3. Contra decretum vel sententiam quae partis laesae interventum excluderit datur immediata et separata appellatio in devolutivo tantum intra tres dies proponenda, infra decem dies proseguenda, et expeditissime definienda.

Can. 553, § 1. Pars laesa ad exercitium actionis civilis admissa jus habet proponendi exceptiones et probationes necnon advocatum et procuratorem sibi eligendi uti vera pars in causa, salvo tamen can. 376, § 3.

§ 2. Contra sententiam definitivam quae reum quavis de causa absolverit, pars laesa quae ad exercitium actionis civilis fuerit admissa, quibuslibet juris remediis frui valet, quamvis promotor justitiae ab iis abstinuerit, quo in casu judicium impugnationis actionem contentiosam tantum respicere debet et pertractandum est juxta normas statutas circa judicium contentiosum.

Can. 554, § 1. Pars quae ad normam legis ecclesiasticae vel civilis, jure canonico legitime receptae, respondere debet de damno civili a delinquente patrato, jus habet interveniendi ad sua jura tuenda in criminali judicio.

§ 2. Pars laesa jus habet instandi ut citetur pars de qua in praecedenti paragrapho.

Art. IV.—De causa instructione deque probationibus (1)

Can. 555, § 1. Lite contestata locus est instructoriae.

§ 2. 1.º Ad rem ponens intra tres dies eligat instructorem;

2.º Instructor, in eadem causa definienda iudicis officio jungi nequit.

Can. 556. A decretis vel rescriptis iudicis instructoris, datur intra tres dies recursus ad tribunal cum effectu devolutivo tantum.

Can. 557. Reus regulariter est audiendus cum probationes a promotore iustitiae et a parte laesa propositae jam sint collectae. Iudex autem instructor debet summam probationum reo patefacere ita ut hic novas probationes postulare possit.

Can. 558. Tribunalis est aestimare quid valeat confessio rei, utrum in casu vim habeat plenae vel saltem semiplenae probationis, utrum confessio dividi possit necne. Quare, etsi reus delictum suum confiteatur, causa minime finitur et tribunal ad ulteriora procedere debet.

Can. 559, § 1. Jusjurandum de veritate dicenda aut de veritate dictorum nequit accusato deferri.

§ 2. Jurejurando suppletorio de quo in can. 352, absteineat iudex.

Can. 560. Testium examini interesse possunt, iudice consentiente, partium advocati; reus autem ne admittatur nisi gravissima ex causa.

Can. 561. Probationes quae fuerint ab inquisitore collectae ad normam can. 518, confirmandae sunt a testibus et peritis in instructoria, ut iudex ex ipsis suam certitudinem efformare possit; partibus autem semper licet iis uti in discussione causae praesertim ad contradictiones et variationes evincendas.

Can. 562. Cum iudex instructor causam satis instructam putaverit, suo decreto id statuatur et acta tribunali deferat una cum conclusionibus.

Can. 563, § 1. Tribunal, nisi supplementum instructoriae ex officio faciendum jusserit, publicationem actorum decernat, ita ut cum promotor iustitiae tum rei advocatus noscere possint sive acta instructoriae sive iudicis instructoris conclusiones.

§ 2. Una cum actis instructoriae publicandae sunt probationes quae fuerint ab inquisitore collectae ad normam can. 518.

Can. 564. Ex gravissima ratione iudex in publicandis actis decernere potest ut aliqua testimonia eo pacto advocatis communicentur ut nomina testium secreta sub juramenti sanctitate servent ita ut ne reo quidem pateant. Quo in casu partes invitentur ad manifestanda nomina eorum quos sibi infensos vel inimicos habeant et inimititiae rationes.

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "*Sollicitudinem Nostram*".

Can. 565, § 1. Publicatis actis, tribunal statuit diem causae definiendae.

§ 2. Decretum denuntiari debet omnibus partibus saltem decem dies ante definitionem causae.

Can. 566. Quinto saltem die ante causae definitionem, cum promotor justitiae tum rei advocatus suas scripturas in cancellaria tribunalis deponere debent ut a parte adversa nosci possint.

Can. 567. Die definiendae causae assignato habebitur discussio oralis.

Art. V.—De causae discussione et definitione (1)

Can. 568. In discussione orali novas probationes colligi nequeunt.

Can. 569, § 1. Discussioni adsistunt promotor justitiae, reus ejusque advocatus, pars laesa et pars de qua in can. 554, earumque advocati.

§ 2. Tribunalis est peritos qui operam in causa praestiterint ad discussionem vocare ut peritias suas declarare valeant.

Can. 570, § 1. In discussione hic ordo servetur ut primus promotor justitiae, secunda et tertia, si quae sint, pars laesa et pars de qua in can. 554, earumque advocati, ultimo reus conventus ejusque advocatus loquantur.

§ 2. Quod si responsionibus sit locus, ultimo semper reus conventus ejusque advocatus, jus habent replicandi.

§ 3. Praesidis est moderari oralem discussionem.

Can. 571, § 1. Discussionem absoluta, tribunal sententiam proferat.

§ 2. Si ex discussione emerit necessitas novarum probationum colligendarum, tribunal, dilata definitione causae, novas probationes ipsum colligat.

Can. 572. Pars dispositiva sententiae statim publicanda est, nisi tribunal gravi de causa decernat decisionem secreto servandam esse usque ad formalem sententiae publicationem, quae non ultra mensem a die definitionis differri potest.

Art. VI.—De juris remediis contra sententiam deque executione sententiae (1)

Can. 573. Reus contumax appellationem intra terminos jure statutos proponere et prosequi potest neque ulla tenetur obligatione petendi beneficium can. 371.

Can. 574. Prudenti iudicio promotoris justitiae in superiori tribunali committitur prosecutio remedii juris a promotore in inferiore tribunali

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "Sollicitudinem Nostram".

propositi. Peracta autem legitime partium apud tribunal superius citatione, servetur praescriptum can. 535, § 3.

Art. VII.—De expensis judicialibus (I)

Can. 576. Ad aliquid solvendum titulo expensarum judicialium adigi possunt tantum partes privatae, nisi et ipsae ad normam can. 441-443 eximantur.

TITULUS XX.—DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS

Caput I.—De foro competenti

CAN. 1.960 = *can. 468.*

CAN. 1.961 = *can. 469.* ...magistratum; sed si incidenter...

CAN. 1.962 = *can. 470.* ...de quibus in can. 15, n. 1. ...illa ...cui eas Summus Pontifex in singulis casibus delegaverit; ...et non consummato, S. C. pro Ecclesia Orientali; causas vero... Paulinum et causas inter partem catholicam et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, quocumque modo ad Sedem Apostolicam delatas, S. C. Sancti Officii.

CAN. 1.963, § 1 = *can. 471, § 1.* Nullus iudex...

CAN. 1.963, § 2 = *can. 471, § 2, 1°.* ...uti poterit in processu superato et non consummato;

2° Si vero probationes de non secuta matrimonii consummatione hactenus instructae, habeantur non sufficientes, eadem compleantur et acta dein plena instructa ad S. Congregationem remittantur.

§ 3. Pariter si iudex competens auctoritate propria iudicium peregerit de matrimonii nullitate, ex alio capite, et matrimonii nullitas evinci non possit, sed incidenter dubium valde probabile emerit de non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri vel utrique parti libellum porrigere Romano Pontifici inscriptum, pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato; et ipso jure fit potestas iudici causam instruendi. Idem iudex acta, plene instructa, dein ad S. Congregationem remittat.

CAN. 1.964 = *can. 472.* ...aut in quo sive pars conventa sive pars catholica, si altera sit acatholica, domicilium...

CAN. 1.965 = *can. 473.*

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "*Sollicitudinem Nostram*".

Caput II.—De tribunali constituendo

CAN. 1.966 = *can. 474. Unicus est...*

CAN. 1.967 = *can. 475. ...rato et non consummato, citari... can. 62.*

CAN. 1.968, 1.º, 2.º ET 3.º = *can. 476, 1.º, 2.º et 3.º*

CAN. 1.969, 1.º = *can. 477, 1.º*

CAN. 1.969, 2.º = *can. 477, 2.º ...feri, ut contradicere possit;*

CAN. 1.969, 3.º ET 4.º = *can. 477, 3.º et 4.º*

*Caput III.—De jure accusandi matrimonium et postulandi dispensationem
super rato*

CAN. 1.970.

CAN. 1.971, § 1, 1.º = *can. 478, § 1, 1.º ...impedimenti vel, etiam alia
ratione, nullitatis matrimonii causa directa et dolosa;*

CAN. 1.971, § 1, 2.º = *can. 478, § 1, 2.º*

CAN. 1.971, § 2 = *can. 478, § 2. ...denuntiandi. Eodem jure gau-
dent conjuges ad accusandum matrimonium inhabiles.*

*Can. 478, § 3. In causis de nullitate matrimonii, ut acatholici, sive bap-
tizati sive non baptizati, partes actoris agere queant, indigent facultate im-
petranda a S. C. Sancti Officii.*

CAN. 1.972 = *can. 479. ...quaestio, aut aliter ferant statuta personalia.*

CAN. 1.973 = *can. 480. In causis super rato et non consummato non
proceditur nisi ad legitimam saltem unius conjugis petitionem.*

Caput IV.—De probationibus

Art. I.—De testibus

CAN. 1.974 = *can. 481. ...de quibus in can. 279, § 3, n. 3...*

CAN. 1.975, § 1 = *can. 482, § 1. ...debet quisque conjugum, septem
testes, qui testes credibilitatis dicuntur, inducere... in controversiam deduc-
tam.*

§ 2. Testibus credibilitatis a partibus inductis potest iudex ad normam
*can. 281, § 3, alios testes ex officio adjungere; imo debet, quoties testes
credibilitatis a partibus inductos pauciores fuerint vel insufficientes aesti-
maverit.*

CAN. 1.975, § 2 = *can. 482, § 3. Testimonium hoc est argumentum...*

Art. II.—De inspectione corporali

CAN. 1.976 = *can. 483.*

CAN. 1.977 = *can. 484. ...can. 313-328...*

CAN. 1.978 = *can. 485.*

CAN. 1.979, § 1 = *can. 486, § 1. ...ex officio designari debent.*

CAN. 1.979, § 2 = *can. 486, § 2. Ad mulierem vero inspiciendam designentur duae mulieres quae laurea doctorali in arte medica, vel saltem legitimo peritiae in arte obstetricia testimonio praeditae sint. Si vero tales mulieres ad inspectionem perficiendam haberi nequeant, tunc licitum erit Hierarcae, de consensu mulieris inspiciendae, examen peragendum committere viris, qui non tantum medica arte sint insignes, sed etiam religionis et honestatis laude commendati, moribus atque aetate graves.*

CAN. 1.979, § 3 = *can. 486, § 3.*

CAN. 1.980, § 1 = *can. 487, § 1. Mulieris inspectionem seorsum singuli legitime ad eam faciendam designati exsequi debent.*

CAN. 1.980, § 2 = *can. 487, § 2. Qui inspectionem viri vel mulieris legitime peregerint, singulas relationes...*

CAN. 1.980, § 3 = *can. 487, § 3.*

CAN. 1.981 = *can. 488.*

CAN. 1.982 = *can. 489. ...peritorum in scientia psychiatrica peculiariter versatorum, qui infirmum...*

Caput V.—De publicatione processus, conclusione in causa et sententia

CAN. 1.983, § 1 = *can. 490, § 1. Publicato processu partes possunt adhuc novos... can. 309...*

CAN. 1.983, § 2 = *can. 490, § 2. ...can. 304...*

CAN. 1.984, § 1 = *can. 491, § 1.*

CAN. 1.984, § 2 = *can. 491, § 2. Quare iudex ad definitivam...*

CAN. 1.984, § 3 = *can. 491, § 3. ...iudice definiendae causae diem...*

CAN. 1.985 = *can. 492.*

Caput VI.—De appellationibus

CAN. 1.986 = *can. 493. ...tribunal appellationis provocare...*

Can. 494. Si in gradu appellationis novum nullitatis caput afferatur, illudque nemine contradicente, a collegio admittatur, de eo iudicandum est tanquam in prima instantia.

CAN. 1.987 = *can. 495.*

CAN. 1.988 = *can. 496. ...nullitate vel data a rato dispensatione, Hierarcha loci curare... celebratio adnotata est.*

CAN. 1.989 = *can. 497, § 1.* ...matrimonialibus, haud exceptis causis separationis conjugum, numquam... praescripto can. 430, non autem ab eodem tribunali vel ab alio ejusdem gradus, salvo praescripto § 2.

Can. 497, § 2. In patriarchalibus causae de quibus in § 1 retractari possunt, consentiente vinculi defensore, in tribunali patriarchali, mutatis tamen iudicibus.

Caput VII.—De casibus exceptis a regulis hucusque traditis

CAN. 1.990 = *can. 498.* ...constiterit existere impedimentum disparitatis... voti castitatis emissi in professione majore, ligaminis... certitudine, ex certo et authentico documento vel etiam alio legitimo modo habita, apparuerit..., nullitatem sententia declarare...

CAN. 1.991 = *can. 499.* ...hanc sententiam defensor... can. 498...

CAN. 1.992 = *can. 500.* ...can. 498...

TITULUS XXI.—DE CAUSIS CONTRA SACRAM ORDINATIONEM

CAN. 1.993, § 1 = *can. 501, § 1.* ...obligationes ex subdiaconatus vel majore ordine contractae... ad S. C pro Ecclesia Orientali, vel si...

CAN. 1.993, § 2 = *can. 501, § 2.* ...can. 72-80.

CAN. 1.993, § 3 = *can. 501, § 3.*

CAN. 1.994, § 1 ET 2 = *can. 502, § 1 et 2.*

CAN. 1.995 = *can. 503.* ...tum in parte prima, tum in sectione prima et tertia hujus secundae partis praescripta sunt servari etiam debent, nisi rei natura obstat, in causis contra sacram ordinationem.

CAN. 1.996 = *can. 504.*

CAN. 1.997 = *can. 505.*

CAN. 1.998, § 1 = *can. 506, § 1.*

CAN. 1.998, § 2 = *can. 506, § 2.* ...can. 493-497...

EX LIBRO V.—DE DELICTIS ET POENIS

CAN. 2.307 = *can. 520, § 3.*

SECTIO II.—DE JUDICIO CONTENTIOSO CORAM UNICO JUDICE (1)

Can. 453. Ad judicem unicum jura spectant cum tribunalis cum praesidis.

Can. 454. Partes defendere se valent per se ipsas vel per unicum advocatum.

Can. 455. Partibus non licet plures quam quatuor vel quinque testes adducere.

Can. 456, § 1. Judicialis petitio, firmo can. 230, referre debet: 1° Facta quibus actoris petitiones innituntur, breviter, integre et clare exposita:

2° Probationes quibus actor vult facta demonstrare; testium nomine, cognomine, conditione, ac commorationis loco indicatis;

3° Pretium rei petitaе quatenus ab eo pendeat judicis competentia, una cum iis quae necessaria sint ad rei pretium constabiliendum;

4° Conclusiones actoris.

§ 2. Judicialis petitio proponi potest ore judici unico; quo in casu, notarius eam scriptis consignet.

Can. 457. Judex, intra triduum ab exhibita petitione judiciali, decreto ad calcem ipsius petitionis ab actore vel a notario scripto apposito, praecipiat communicari, notarii cura, exemplar petitionis judicialis reo, facta huic facultate, intra decem dies deponendi in cancellaria tribunalis scriptam responsionem, vel adeundi tribunal ad respondendum petitioni actoris; quo in casu, notarius in actis referre debet rei responsum.

Can. 458. Judex poterit, si res ferat, alium praefigere actori terminum ad replicandum alterutro ex indicatis modis.

Can. 459. Elapso termino reo constituto ad respondendum et actori ad replicandum, si hic terminus constitutus fuerit, judex, perspectis actis —nisi spes aliqua concordiae affulgeat litem componendo per transactione mad normam can. 94 seqq.—partes citet ut coram se compareant, adsignato termino non infra decem nec supra triginta dies. Citationis decretum, notarii cura, partibus denuntiari debet.

Can. 460, § 1. Integrum est partibus scriptam relationem ad probandas suas petitiones ad tribunal deferre, dummodo id faciant tres saltem ante audientiam dies et duplici exemplari, quorum alterum ex continenti communicari debet cum altera parte.

§ 2. Item, intra terminum de quo in § 1, partes quae velint quosdam audiri testes non adductos in petitione judiciali, debent horum nomina cum

(1) Rubrica pertinet ad Motu Proprio "*Solicitudinem Nostram*".

aliis requisitis de quibus in can. 456, § 1, n. 2, cancellariae tribunalis nota facere, ea lege ut iudex partibus numerum testium dumtaxat paulo majorem adducere permittat propter peculiaria causae adjuncta.

Can. 461. In audientia probationes colliguntur.

Can. 462. Probationibus collectis proceditur in eadem audientia ad discussionem oralem.

Can. 463. Fine discussioni orali imposito, si iudex ex actis et probatis censeat causam sufficienter instructam, poterit sententiam vel statim pronuntiare, vel eadem differe, non tamen ultra tres dies.

Can. 464. Si in audientia probationes jam admissae colligi haud poterint, vel iudex necessarium ducit novas probationes colligere, altera statuitur audientia.

Can. 465. Sententiae interlocutoriae a iudice unico prolatae impugnari nequeunt nisi una cum sententiis definitivis, atque modis ad impugnandas sententias definitivas admissis.

Can. 466. Pars disposita sententiae statim communicetur ore partibus, nisi iudex decernat decisionem secreto servandam esse usque ad formalem sententiae publicationem.

Can. 467. Sententiae textus quam primum edendus est, ad summum intra quindecim dies.

* * *

De la comparación de los textos del Derecho procesal de la Iglesia latina y el publicado para la Iglesia oriental por el Motu Proprio "*Sollicitudinem Nostram*", se deduce que no son muchas las discrepancias entre ambos Derechos, reconociéndose en el de la Iglesia oriental las declaraciones de la Santa Sede a los cánones del Código de la Iglesia latina y ciertas aclaraciones que juzgamos de no escaso interés para la interpretación de algunos cánones de nuestro Código.

ILDEFONSO PRIETO LOPEZ

Auditor de la Rota Española